HAIMO ALTISSIODORENSIS
12. Jh.
Seite 94v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26001
Copyright: Admont, Benediktinerstift

euglium. inter doctores legis & doctores euan
gelii. & ostendit quia quanta distantia est
inter moysen & xpm. tanta distantia ē inter
legem & euglium. inter doctores legis & euan
gelii. Demonstrat quoq; quia nichil sumus.
nisi dni misericordia & gra regamur: fiducia in
quit. id est audacia & fidem talem habemus
per xpm dnm nrm. cui passione redempti &
reconciliati sumus addit. id est apud dm
patrē. quale ego dicturus & scripturus sum
in sequentibus. Non qd sufficientes simus
cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis. sed
sufficientia nra ex deo est. Hic destruit om
nē presumptionē liberi arbitrii. per quod multi
putant se posse aliquod bonū agere sine
dei gra. Et id circo ista omnia ait. ut ostendat
nichil boni sua virtute & prudentia pos
se cogitare aut facere. Dicit q. Non habe
mus talem fiduciā vel audaciā qd simus
sufficientes. id est qd possimus cogitare a
nobis aliqd boni de nra salute vel nra. quasi ex
nobis aliqd boni nobis futurū sit sine gra dei.
Sed sufficientia & habundantia nra ex deo
est. qui dat velle & posse. id est ut solū non va
lemus bonū aliqd ꝓficere sine dei misericordia
& gra ꝑcedente & subsequente sed nec cogi
tare. Dei enim gra nos ꝓuenit ut velimus. &
ipsa nos subsequat ut possimus. Unde ex
orabat psalmista dicēs. Misericordia eius ꝓuenet
me. & misericordia eius subsequat me. Si enim ni
valemus cogitare. quomodo poterimus
ꝓficere. Qui fecit nos idoneos id est aptos.
& congruos ministros noui testamenti. non
littera sed spiritu. id est ut fecit nos ministros
in littera legis. ut ꝑdicarem circumcisionem
carnalem observandam. aut sabbatum oceum. aut
neomenarum vel sacrificia & ritum celebrandam.
sed spiritali intellegentia euglii. qd spiritalem
ē intellegendum & eius observatio spm scm
tribuit tempore baptismatis. Qd autē dicit
idoneos ministros. se aliosq; apostolos idoneos
fuisse ostendit. Idoneus minister ē ppre
congruus & utilis. atq; illi rei aptus de qua
sermo agit. Littera autē occidit. spiritus autē vi
vificat. Duobus modis intellegendum ē. Littera
legis mosayce occidit hominē corporalē.
iubendo & ē vivando. Dum enim dicit. non occides.
non adulterium facies. q occiderit vel qui adulte
rium aut tale aliqd ꝑpetrauerit. reus erit iu
dicio. id est occidetur: igne cremabitur. lapidi
bus obruetur: in patibulo suspendetur: & ē
vivat quousq; impleatur: sed dubio littera
ipsa occidit hominē que iudicium dat ut
occidatur. licet ipsa ē sit causa mortis eius.
Spiritus autē vivificat. id est euglium qd spiri
tualiter intellegitur. & qd spm scm ꝑstat. ē solū non
occidit hominē in ꝑsentia sed insup vivifi
cat. id est vitam eternam ꝑstat. Usqua enim
euglium iubet hominē occidi. sed vocat
post culpam ad penitentiam. promittens vitam
eternam. Penitentiam inquit agite. appropin
quabit enim regnum celorum. Alium. Ante adven
tum dni. erant quedam opa legis que alienorib
peccatis mundabant suos observatores. hyer
bi gra. Sicut circumcisio que originale pecca
tum tollebat. qua vis adhuc patet celestis ē rese
rare. & sicut erant multa alia ꝑ quibus of
ferebantur holocausta. & de quib; dicebatur: